OPUSCULUM, IN QUO CONTINENTUR TRES BREVES DISSERTATIONES DE EFFECTU, &...

Felice Ligi

Digitized by Google

LECTORI
BENEVOLO.

Ullo modo, nullaque ratione laude digne meę eſſent Diſſertationes, emittendo ı lucem ſermones evulgaos, & à multis Auctoribus omprobatos, niſi animadverterem Lectorem, ſub cuıs patrocinio in hoc Opuſcu-

ſeulo eas offero, atque dedico, me tolleratum, excuſatumque habere, eò magis certiorem faciendo, propriam voluntatem haud fuiſse ad inſinuandam, ac tradendam regulam, & normam veteribus, expertiſq; Profeſsoribus, ſed pro juvenibus tantùm, ac tyronibus ob removendum, & evitandum in iſtis laborioſum, & operoſum ſtudium, quod applicando activa paſſivis in hujuſcemodi ętate experimur; Benigniſſime igitur, atq;
ex-

expertiſſime Lector mearū rudum, & parum eruditarum Diſputationum, ut defenſor, & patronus eſſe velis etiam, atque etiam te exoro, & quidquid expreſſum, & enunciatum venit ex proprio affectu, atque familiaritate recognoſcas, omneq; bonum auſpicando. Cura, ut valeas.

[illegible] quantum [illegible] autem [illegible] Hæc [illegible] [illegible]

[illegible]

Google

De effectu, & uſu Veſicantium.

NON poteſt eſſe niſi proficuum, & non paucæ utilitatis interdum aliquam præmeditationem in methodo medendi in experto actu deducere, atque afferre, præſertim in communi uſu Veſicantium, quæ ſæpiſſimè à plurimis Profeſſoribus tanquam refugium, & præſtantiſſimum remedium excogitata perveniunt; & ab iiſdem apud patientem, & aſſidentes ea eſſe talia, qualia approbaverint ob evellendam, & expellendam cauſam, & originem morbi in-

infeſtantis ipſum ægrotantem ; qui ſub curatione, & cuſtodia ipſorum perſiſtit, anteponuntur ; & peracta omni animadverſione, itaut, prætermittendo ejuſdemmet Patientis incommodum ; potius detrimentum, quàm adjumentum deportent ; etenim enim verò ob inducendum Lectorem ad aſſertionem antepoſitam, fas eſt prius debitas aſſignationes, rationeſque pro majori probabilitate, & claritate, quod in multis, ſed non in omnibus morbis, & in valetudinibus noceant, afferre ; & anteaquam deveniamus, & procedamus ulterius ad approbandum ſcilicet, & confirmandum expoſitum, neceſſe eſt primò, quàm facultatem, & quam virtutem habeant, & contineant cantharides, Euphorbium, & Acetum

ſeilliticum, addito Fermento, ex quibus omnibus conſtituuntur, & componuntur prædicta Veſicantia, explicare, atque adducere; nam non tàm per ratiocinationem, quàm per experientiam habetur, quod ſupradicta componentia cum conſtent, & contineant partes, & particulas ſalinas, & corroſivas; quæ applicitæ cuti producant in ea eroſionem, & excoriationem, ex hac non pauca portio ſeroſitatis, & lymphæ exeat; & eędem partes, & particulæ per fermentationem juxtà cutem redditæ diſgregatę, & redactę in minutiores, magis, magiſque agibiles, atque penetrabiles, inſinuentur, atque introducantur in canales, & vaſa interna, nimirùm in venas, atque arterias, ubi continetur tota maſſa humoralis, atque etiam

ex-

extrudantur in ſubſtantiam muſculorum, pungant, & vellicent fibras, & ipſæ verſus ſua principia contrahuntur, tunc redditæ, ac conſtitutę breviores, ex urgentia debent conſtringere partes propinquas, & adjacentes, per conſequens etiam glandulas juxta ipſas reſidentes; & cùm ipſæ glandulæ non ad aliud inſerviant, quàm ad ſeparationem predictę ſeroſitatis, aliorumq; humorum, cùmque coarctentur, & comprimantur, ex tali vellicatione, atque irritatione, citò, & velociùs nimium liquidum in ipſis contentum, ſaltem ſubtilius, atque fluvidius impellitur, atque exprimitur; ex hoc duo incommoda pro Patiente inſurgunt; Primum, quod predictum liquidum non percipiat ſuam concoctionem; ſecundum,

dum, quod ipſę partes remaneant aridæ, & exſiccatæ, & cum humoribus craſſis, & terreſtribus, qui inepti redduntur ad circulationem, auctæ amplius feroſitate per cutem extracta, eo magis circulatio ſanguinis, aliorumque humorum vitiatur, & impeditur propter inopiam, & indigentiam ejuſdem ſeri, & fluidi, quod pro vehiculo ad alios humores inſervit; Hac admiſſa tali diſcuſſione argui poteſt in quibuſnam indiſpoſitionibus, & infirmitatibus ſuam ſedem habeant prædicta Veſicantia; Quamobrem ex cauſis, & rationibus deductis non eſſe evitanda, imò amplectenda in affectibus ſoporoſis, in corporibus pinguibus, & obeſis; in ſoporoſis affectionibus, dummodo ipſæ non proveniant, & ſuam originem ha-

habeant ex ariditate, & exſiccatione; ſed ſit quam maxima ſuperabundans ſeroſitas, queque poſſit defraudare genus nervoſum, ſcilicet impediendo ſpiritus animales, ne fluant per ſuos canales, ideſt per nervos, inſervientes ad transferendos antedictos ſpiritus animales per omnes corporis partes; ſimiliter etiam non eſſe reiicienda, & removenda in corporibus pinguibus, obeſis, & cachochimis, in quibus ſerum ſuperabundans, & craſſum reſidet, qui non ſolùm impedit curſum fluidorum, tranſpirationem per poros, & per vaſa cutanea, ſed totum corpus depreſſum tenet, ne ſuas operationes exercere poſſit; Prohibitio igitur, & repugnantia totalis prædicti medicamenti conſiſtit, & vetari debet in illis corporibus gra-

ci-

cilibus, emaciatis, & arefactis, in quibus cùm deficiat neceſſaria humiditas, ex applicatione Veſicantium ad majorem ariditatem, & exſiccationem reducuntur, dum eadem eò magis eam expellant; addendo inſuper, quod producere, & parere polleant inflammationem in aliqua parte corporis propter nimiam veſſicationem, & ſtimulationem ab ipſis contractam; Similiter etiam aliena putantur, & exiſtimantur in affectibus pectoralibus, cùm reperiatur, & reſideat in eodem pectore pertinax, & fixa viſciditas, quæ licèt ſit conjuncta cum pleuridite, quæ viſciditas evelli, & detrahi non poteſt niſi per humectantia, & emollientia medicamenta, & per uſum, & additionem Veſicantium extrahitur, & expel-

pellitur aliqua portio humiditatis, & ſerpſitatis coadjuvantis ad humectandam, & emolliendam lentam, & tenacem viſciditatem, ad hoc, ut ipſa faciliùs repellatur, & eiiciatur extra pectus, ne impediat ventilationem pulmonum, hac dempta, ſuppreſſio eorumdem enaſcitur, atque emanat. Additur etiam, quod prædicta Veſicantia afferant, & pariant ob vellicationem, & conſtrictionem partium, nimium urinæ profluvium, quodque in corporibus emaciatis, atque exſiccatis quam maximè noxium eſſe ſoleat, eò quia corpora majorem in modum areſiunt, ac exſiccantur; ex iis itaque omnibus rationibus deductis, cautè, & conſideratè procedendum, & confugiendum ad extenſionem, & applicationem Veſicantium.

De

De miſſione Sanguinis.

CUm anteà indagatum, & exploratum fuerit de effectu, & uſu Veſicantium, & breviter aſſertum, & dictum ſit in quibuſnam morbis preſcribi, & applicari, & in quibus removeri debeant; poſt tractationem eorumdem non minùs inutile cenſetur, atque æſtimatur in arte medica applicando activa paſſivis ſubjungere, & dicere aliquid de latis, & immoderatis Sanguinis miſſionibus, quæ hodierna die non tam in ſimplici purgatione corporum, quàm in omnibus aliis ægritudinibus ſicut levibus, ità gravibus, ſine ulla reflexione, & di-

diſtinctione uſitatæ, & divulgatæ adducuntur. Et confugiendo ad hujuſmodi comprobationes, quod ſcilicèt prędictę amplę, & replicatæ venę inciſiones interdum ſint nullius, imò pejoris conditionis pro ſalute infirmorum, addita declaratione, quod non expreſsè, & uniformiter effugiantur, & excludantur ipſemet ſanguinis emiſsiones, ſed præmeditatę, & percogitatę anteponuntur, in quibus nempè indulgeri, & aſſentiri, & in quibus revocari deceat; & ob conſequendum, & probandum quod prolatum, & expoſitum ſuprà venit, neceſſarium mihi primò videtur requirere per quam cauſam, & finem ipſæ ſanguinis miſsiones in executionem ponantur; ſecundò, in quibus nempè corporibus, & infirmitatibus

tibus ſubminiſtrari, ac ſubveniri poſſint. Et remigrādo ad primum queſitum, certum eſt exploſionem ſanguinis non ad aliud reſpicere, & tendere debere, quàm ad diminutionem ipſiuſmet maſſæ humoralis, maximèque humoris ſanguinei pro nimia copia, & abundantia, quę intra canales, & vaſa regurgitat, cùm plena nimis ſint; cùmque non ſuppeditetur prædictorum fluidorum ordinatus, & moderatus motus, procul dubio tali caſu perturbatur, & impeditur ſeparatio eorumdem in ſuis propriis ductibus, idcircò diminutio requiritur ad hoc, ut auferatur, & imminuatur plenitudo, hac dempta, atque remota, perfectior circulatio efficitur, ex iſta ſegregationes, & ſeparationes per totum corpus majori

cum

cum facilitate diſtribuuntur, & peraguntur, ſicuti in iiſdem viſceribus, in quibus unuſquiſque prædictorum humorum eſt conſtitutus, & aſſignatus ad reſpiciendam ſegregationem pro conſervatione humani generis, aliorumque viventium; nam totum hoc commendat Hipp. in tertio aphoriſ. primę ſectionis, dicens, quod in corporibus athleticis abſque intervallo temporis deveniendum ad ipſa evacuanda, non tantum per partes internas, & per os, ideſt per vomitum, ſed etiam per phlebotomiam intelligit juxta finem deſuper poſitũ; nimirum ob imminuendam maſſam humoralem. Similiter etiam in qualibet inflammatione, vel quod ipſa in fieri aut conſtituta, & confirmata ſit, ut in pleuritide, opthalmia,

an-

angina, eriſipelate, & in ſimilibus iq-diſpoſitionibus ex humore ſanguineo redundantibus, tunc exploſio ſanguinis nequaquam effugienda, adhuc reiterata, ſed plena cum approbatione ad eam convenire eſt neceſſo, ob tollendam, ut ſupra eſt aſſertum; plenitudinem prædictam; quodque ipſe Galenus confirmat, itaut fieri debeat *miſſio ſanguinis, quando humor ſanguineus in quantitate peccat*; major itaque ſubſiſtentia, & difficultas conſiſtit in ſecundo ſyſtemate poſito, ideſt in quibus corporibus, indiſpoſitionibus, & infirmitatibus ipſemet venæ inciſiones aggregari, & convalidari poſſint, ne per ipſas, preſertim ſæpius repetitas maximum detrimentum patienti deferatur; quodque confirmatum, & comprobatum facit ex-

 per-

pertiſſimus, & eruditiſſimus Avicenna, quem ſequitur Doleus talibus verbis; *quòd aliquando meliùs ſit purgare infrà, quàm ultrà*, videlicèt magis ſalutare reperiatur omittendo, quàm committendo; quæque aſſerio præter alias evacuationes, etiam de quantitate emiſſionis ſanguinis confirmatur. Corpora igitur, quæ exponuntur, & ſubjiciuntur ſimplici purgationi, & peracta eorumdem recognitione, & ipſa inventa ad cacheſiam, & ad abundantiam ſeroſitatum tendentia, ac obſtructionibus jamdudū contractis plena, obſervari, & præponderari debent, & in eodem ſtatu comprehendi quoque poſſunt plurimę mulieres, preſertim quę candorem virginitatis reſervant, in quibus propter retentas menſtruationes mul-

ta

ta ſynthomata inſurgunt, atq; emanant, hoc eſt pallor per totum corpus; debilitas genuum in ambulando, difficultas in reſpirando; pulſatio in arteriis jugularibus, aliaque hujuſmodi aut ex paucis, vel ex totalibus deficientibus menſtruis producta. In iſtis itaque indiſpoſitionibus cùm ſe reperiat Profeſſor in aſſiſtentia talium curationum magna cum præcautione, & ſpectatione proſequatur, cùm tàm in iſtis, quàm in illis ſupradictis ſuperabundent, & reſideant ſuperfluæ ſeroſitates, obſtructioneſque, extractio ſanguinis vel in parva, vel in maxima copia potiùs ad deteriorem, quàm ad meliorem ſtatum inducere poteſt; ratio perclara probatione non indiget, dum in iſtis male affectis perfecta ſanguificatio non

 pro-

producatur; ob eam rem pro ſanguinis emiſſione ad apetientia, & deobſtruentia alexipharmaca, & ad ex faſtidii, probeque chilificationis deveniendum, ratio competit.

Supereſt jam requirere, & exprimere de obſervantia tam levium, quàm gravium infirmorum; leves itaque nihil eſt, ut exagitentur, & exacerbentur neque extractione ſanguinis, neque validis medicamentis, cùm blandè, ac jucundè ad pristinũ ſtatum, videlicet ad perfectam ſalutem reduci queant, eò magis non inſurgentibus periculis, ne in deterius incurrant, atque incidant. De gravibus etenim majoribus cum circumſpectionibus, & diſtinctionibus operam dandum eſt; fas eſt ut Medicus multa prævideat, nempè totum id, quod com-

commendat Hipp. in ſecundo aphor. primæ ſect, tali aſſertione : *Inſpicere itaque oportet tempus , regiones , ætates , & morbos , in quibus conveniat, aut non ;* in hac editione , & enunciatione etiam miſſio ſanguinis ſuum locum tenet.

Nam ſi verum fateri velimus, tempore æſtivo, ubi ferventes calores vigent , dum corpora ipſa relaxata proveniunt ex magna imbecillitate , & diſſipatione ſpirituum per amplas, & reiteratas ſanguinis miſſiones ad majorem laxitudinem reducuntur , non prætermittendo, quòd dicto tempore ut plurimùm infirmitates prolixæ, atque extenſivæ eſſe ſolent, natura reddita languida, atque imbecillis , & per longam ęgritudinem , & per relaxationem ipſorummet ſpiri-

 tu-

tuum reducta ad dies criticas, debilior conſtituta, eò magis peramplas, & replicatas venæ apertiones, multoties depreſſa redditur. Præter hęc ſæpius invenitur, & detegitur in inteſtinis, & ventriculo abundantia, & quantitas vermium, ut paſſim videmus in febribus putridis, atque peſtilentibus, qui vermes expelli, & elici nequeunt, niſi per os, & per anum, ſicuti quoque ipſæ putredines per alvi fluxum, & non per ſanguinis exploſionem, additur, quod in ſimilibus infirmitatibus ut plurimum ſunt conjuncti alvi fluxum, & ſecundum textum, *fluente alvo*, *ſanguinem ne detrahas*, *niſi materia turgeat*. Non minori obſervatione, atque curatione ſunt reſpiciendæ Regiones, in quibus patientes locationem habent, nam ſi

in

in imis, & locis paluſtribus reſideant, & cohabitent, niſi ſit vehementi coacta urgentia, evitandæ ſunt ſanguinis miſſiones melius eſt, quàm complectendæ; quoniam noxiæ, & non coadjuvantes eſſe ſolent, ut comprobatur per ſententiam, & opinionem pluriomorum Auctorum, & ratio perclara exiſtit, dum iſti habitatores infarctiones, & obſtructiones patiuntur, cùm non perfectè ſanguificent, facillimè incidunt in hydropem, in qua evitanda, ac effugienda detractio ſanguinis, juxta delatam prædictorum Auctorum aſſertionem: *Qui nam ſunt ſubjecti ad phtiſim, & hydropem, nullo modo ſunt phlebotomandi.*

Eveniunt examinandæ, & circumſpiciendæ ætates, tam pueriles, quàm ſeniles. In puerili ætate cùm humor ſan-

ſanguineus ad augumentum, & ad conſolidationem partium addictus ſit, ſi ipſe diminuatur, ipſæ partes remanent in deperditione, cùm non poſſint obtinere, & recipere ſuum proprium alimentum, addendo inſuper, quod ſpiritus tam vitales, quàm animales in ſimili ætate non ſunt eſſerveſcentes, & conſiſtentes, ſicuti in adultis, per conſequens per ſanguinis emiſſiones magis, magiſque diſſipantur, atque deperduntur.

Hic peculiariter additur aliquid de innata propenſione illorum Profeſſorum, qui adeò dediti, & procliviores ſint ad miſſionem ſanguinis in illis, qui varioliſ opprimuntur, eò magis cùm exiſtant in puerili ætate, & repetitis vicibus, abſque ulla obſervantia, quod variolus vel ſit infans,

vel

vel foras exierit. Ipſi itaque, ni fallor, putant ſanguinem extrahendo exigere, & propulſare à centro ad circumferentiam variolum ipſum, quæque res & per uſum, & per rationem cohærere non videtur. Variolus denim, ſi reſpiciatur prout lateat, & per cutem haud appareat, non adhuc tranſactis propriis, & conſuetis diebus, Profeſſor nequaquam eſſe debet tam expeditus, & feſtinatus ad venæ ſecationem confugere, eò quia potiùs retardatur varioli expulſio, quàm properetur; dum per ſanguinis diminitionem viſcera flaceſcunt, & proſtrata viribus humorem peccantem, videlicet ipſum variolum pellere nequeunt. Si patiens verò plethoricus, & ſanguine refertus reperiatur, itaut ipſe det ſanguis per

nimiæ ubertate ſit origo, & cauſa impediendi motum viſcerum, ne idem variolus ad cutem detrudatur; tali caſu phlebotomia nequaquam removenda, ſed, ut citius eam accelerare ſit conveniens, exiſtimatur; peracto vero motu tamen diſcrimine, quod ablato hujuſcemodi temperamento ſanguineo, inciſio venæ ob rationes deductas ſemper eſt evitanda; minori itaque laude habentur illi, qui poſt exclusionem, & expulſionem varioli, ita ut ipſe ſupra cutem demonſtretur, & perſiſtat, audent, & non pertimeſcunt omni cum celeritate, promptaque manu mittere ſanguinem; ſub qua aſſertione, & indicatione hæc faciant, me latet; tanto plus in pueris, qui ſunt in teneræ ætate, & uſum rationis non habent. Porrò itaque,

 quod

quodque admirabilius, & me ſtupidum reddat, eſt, quod patientes ad talem operationem conveniant, & aſſiſtentes permittant, dum ſępiſſime accidit, ut ipſi per ipſaſmet venę-miſſiones intereant, & ſi aliquis opponat per tales miſſiones multos ſanaſſe; mortuos autem, qui forſan majoris numeri, & quantitatis fuerit, pretermittit.

Non minori accuratione, atque ſedulitate perpendi debel ſenilis ætas, cùmque in iſta non fiat vivax, & florida ſanguificatio, uti in juventute, & ſpiritus cùm ex ſanguine generentur, atque producantur non multum validi ſint, non expoſtulant ſanguinis miſſionem, ſaltem latam, ne vires ad majorem proſtractionem reducantur.

His premiſſis, atque premonitis addi, atque ſubjungi quoque ſi poteſt, quod

quod prædictę venę inciſiones per tractum temporis multa alia diſpendia, atque incommoda deducant, videlicet diminutionem viſionis, retardationem memoriæ, quodque pejus eſt breviorem vitę curſum.

Hic eſt explicandum aliud dictum Hypp. hoc eſt in quibus morbis decentes ſint ipſæ ſanguinis explaſiones, ſed totum hoc cum supernè ſufficienter comprobatum ſit, haud neceſſaria exiſtit alia extenſio, & explicatio non ob pariendam majorem prolixitatem, commemorando tantùm quod in expoſito Profeſſor ſe applicet ad id quod ſibi magis proprium, ac conſonum videatur cum recta, & idonea conſcientia, pro duce habeat virtutem; & pro reſervatione prudentiam juxtà aſſertionem Hipp. in primo pro-

gno-

gnoſticorum ſic pro ea impetrando. *Nihil periniæ Medici conductibile cenſeo, quàm ut ſe prudentem præſtare laboret*; & non ad conſenſum, & indulgentiam ſtolidam; ſpeciatim adſtantium, ut non numquam evenit, ſeſe inducat; dum totum hoc in detrimentum ægrotorum reſultat; at habeat ſemper ante oculos veram præſcriptionem, methodum, & regulam medendi, quæ tendat ad ſublevationem, & non ad deteriorem ſtatum patientis, & propriæ conſcientiæ dignitatem reſpiciat, ſubſcribendo antea dicto, cum phiſicus ſit coactus pervenire ad venæ ſecationem, non prætermittat interdum extractionem, utpote ſalubriorem cum hirudinibus per venas hæmorrhoidales, præſertim in illis affectus hypocondriacos tolerantibus, & in fæminis ad paſſiones hyſtericas ſubjectis. Ne-

Neque tenet contradictio, quod in multis Regionibus ipſæ ſanguinis miſſiones ſint adeò frequentes, & conſuetæ, itaut præter indiſpoſitiones, quæ evenire, & accidere ſoleant, ſæpe, atque perſæpè uſus ſit miſſionis ſanguinis, ſicuti mos eſt in Gallia, præſertim inter fœminas, quæ non ob alium finem ſanguinẽ mittant, quàm ob obtinendum, & conſequendum album, & candidum colorem, non reſpiciendo, quod vires diminuantur, atque proſternantur; contraria autem conſuetudo in multis oris, potiſſimùm in majori parte Germaniæ, & in aliis locis reſultat, dum incolæ talium Regionum adeò abhorrent, & repulſant ſanguinis miſſionem, ut pro ipſa ad ſumendum potiùs quodlibet aliud validum medicamentum ſe exponat,

quàm

quàm ad eam convenire; & obſervamus equidem, quod iſti in omnibus ſuis actionibus, & operationibus redduntur fortiores, & robuſtiores, præcipue in arte bellica; redargui quoque poteſt, prætermiſſa propria conſtitutione, & climate, quod per ſe ipſum eos validos ſancit, & conſtituit, quod etiam ex preſervatione ſanguinis, in quo pars balſamica pro conſervatione individui conſiſtit, dimanet; non itaq; ut anterius expoſitum eſt, quod ſi materia turgeat, & neceſſitas inſiſtat totaliter inhibeatur, & interdicatur ipſa ſanguinis miſſio, ſed cum moderamine, & præcautione, ad eam conſugiendum eſt, & non porrigere aures ignaro vulgo, qui in qualibet miſſione ſanguinis, ut pravus humor, & ſanguis peccans extrahatur,

tur, & bonus, & perfectus remaneat, opinatur; cùm certitudo habeatur, ut uterque humor in quavis ſanguinis miſſione exeat, atque egrediatur, & forſan ſubtilior pars, utpotè expeditior, & promptior ad motum, exiliat. Eſſet nunc præſcribendus, & aſſignandus ſitus, & pars corporis, in qua cùm prædicta ſanguinis miſſio ſit neceſſaria, & perutilis percogitetur, fieri debeat, ſed in hoc ſit curatrix prudentia, & maturitas Profeſſoris, indagando ideam, & morbi ſedem, & ſecundum ipſam eligat, atque diſponat, commemorando tantùm, quod ipſe Profeſſor à phlebotomia per venas ſaphenas, & per aliam partem corporis, niſi ſit coactus caſus in mulieribus, paulò antè, vel eodem tempore ſuarum menſtruationum,

li-

licèt parcas, & non ſufficientes recognoſcere poſſit, abſtineat; dum ego ipſe per talem præſcriptionem aliquas fæminas ſufferre, & ſeſe inducere ad pejorem ſtatum, & interdum è vita migraſſe perſpexerim; & hoc breviter quoad ſanguinis miſſionem.

De Medicamentis præparantibus, lenientibus, atq; purgantibus;

Cum Appendice de Chalybe.

PArum ſane, nulliuſque ferè progreſſus, ac utilitatis eſſet in ſcientia Medica, de rationibus, atque probationibus, pro quibus extenſum, & demonſtratum eſt, in quibus nam caſibus, ac indiſpoſitionibus debeat

commemorari, atque celebrari uſus Veſicantium, ſicuti etiam frequentatio, & conſuetudo miſſionis ſanguinis, & io quibus evitari, diſcuſſionem feciſſe? niſi poſt hujuſmodi curationes, atque diſſertiones ſit annexa indagatio, & explicatio effectus, & diſtributioois medicamentorum, in quibus nempè admitti, & prohiberi, videlicet ubi nam juvare, ubique nocere poſsint, loqueodo verò ſemper de illis per os ſumendis, & non de externis. Ipſa itaque quantumvis de pluribus qualitatibus, & diſcrimioibus animadverti, & conſiderari queant, relioquendo aliqua, me diſpono, & accingo ad explicationem, explorationemque tantùm preparantium, lenientium, & purgantium, utpotè magis, magiſque neceſſaria exco-

gi-

gitentur nimirùm quando applicari debeant. Ex iſtis itaque quænam priùs, quæque poſteriùs præberi, & aſsignari ſit conveniens, fas eſt anterius prævidere, & anteponere, ut Profeſſor, in qua nam parte corporis poſita, & collocata ſit morbi ſedes proſpiciat.

Nullum enim dubium eſt, quod ſi ortus, & origo præmeditetur ex aliqua infectione viſcerum præſagiri, & cauſari poſsit, paulum, aut nihil prædicta Medicamenta prodeſſe, & conferre ſolent, dum in tali, & ſimili eventu indiſpoſitio, atque infirmitas utplurimùm irreparabilis, ac inſuperabilis dijudicatur; ſed poſitio, & conſiſtentia ejuſdem ex pravis, & peſtilentibus humoribus, aut in primis, vel in ſecundis canalibus perſiſtentibus, videlicet in vaſis internis, ubi to-

ta maſſa ſanguinea continetur, proveniat, atque deducatur. At utraque conſtitutione poſita, atque admiſſa, hoc eſt, quod humores peccantes tàm in primis, quàm in ſecundis canalibus, & viſceribus reſideant, & aggregati ſint, nulla inſurgit controverſia, atque difficultas, quę obſtare poſſit quin Medicamenta præparantia, & emollientia preferantur, & inter eadem lato modo incidentia quoque comprehendi poſſunt, & ratio patens, & perclara infertur, quod humores infeſtantes in qualibet parte corporis perſiſtant, & ſe poſuerint, extra viſcera evelli, ac propelli nequeant, niſi antecedant Medicamenta prędicta, quę madefaciant, & ſolvant eoſdem humores, ad hoc, ut reddantur diffluentes, ut boni à pravis, & pravi

à

à bonis ſejungi, & ſeparari poſſint, ejuſque rei habemus in aſſertione, & comptobatione Hipp. in nono aphor. ſect. ſecunda: *Cùm quis corpora purgare voluerit, oportet fluida facere*: ob eam rem nequaquam ſunt laudandæ, & extollendæ operationes illorum Profeſſorum, qui conſtituti, & prælecti ad aſsiſtentiam, & curationem eorum, quorum indiſpoſitio, atque vexatio ab alia cauſa procreata, ac deducta non advenlat, quam ex humoribus tenacibus, viſcidis, & mucoſis, retentis in tunica ventriculi, ac in parietibus internis inteſtinorum, abſque ullo antepoſito præparante, & emolliente medicamento, ſine metu, atque formidine aliquam Medicinam gravem, & prępotentem præſcribere non pertimeſcunt, non pręcavendo,

ac præveniendo, quod ipſa inſinuata, & irretita inter ipſas viſciditates, & mucoſitates, nec per partes ſuperiores, neque per inferiores, videlicet & per vomitum, & per ſeceſſum erũpere, & ſolvere poteſt, quodq; conſiderabilius reſultat; prædicti Profeſſores, poſteaquam patientes abſorbuerint, & ſumpſerint medicamentum, abſque ullo intervallo corporis, maximèque in ſimplicibus purgationibus, & in colicis doloribus, aſſumendas ſex, vel ſeptem libras Aquę Tetutianæ, aut Nocerinę decernunt, atque ſtatuunt, quęque Aquę, ut per ſæpè vidi, unà cum antepoſito ſolvente, & cum iiſdem mucoſitatibus inſertę, itaut egreſſum, atque exitum nec per dejectiones, neque per vomitum habere non poſſint, corpus inflant,

flant, ac turgent, & ſic aufertur, & demitur aliquantùm viſceribus, & partibus muſculoſis propria, & inſita preſſio, ac pro hujus impedimento, atque retardatione ſeparationes humorum non proſequantur; & ex his emanat, quod patientes pro ſublevatione eò magis exagitati, vexatique, ad pejorem ſtatum, & interdum ad interitum reducantur; idcircò ex præfatis, & ex præmiſsis aſſeverare, & concludere neceſſe ſit, quod ad debellandos, ac ſuperandos humores infeſtantes tàm nobilem, quàm ignobilem partem corporis occupantes, ad prædicta prius præparantia, & diſponentia confugere deceat; eſſet nunc denotandum, & explicandum quænam ſint ipſa Medicamenta antedicta, ſed ne in majorem prolixitatem me transfe-

feram, prætermitto; cum certior ſim, ut unicuique Profeſſori aperta, & nota pateſiant, dum quilibet Auctor in tractatu de medicamentis commemorationem, atque declarationem faciat, & Claudinus inter alios in lib. ſecundo, pag. ſexag. nona apertiſſime declarat, atque oſtendit.

His itaque explicitis, atque præmiſſis, ſucceſsivè veniunt conſideranda, & exponenda medicamenta Lenientia, quæ non minoris reflexionis, & ponderationis exiſtimari debent; Ipſa itaque non minus proficua, & perutilia exiſtimantur quotieſcumque adhibita, & contributa ſint cum prędictis circumſtantiis, nimirum quod anteriùs humores præparati, & attenuati conſtituti fuerint.

Videmus enim, & ſcimus per peritiam, ac per experientiam, quod ſi Patiens, & convaleſcens aliquod leniens acceperit, non præpoſito ullo atrenuante, & diſpoſitivo medicamento, lentam, tardam, & paucam operationem recognoſcet; vice autem verſa, ſi prædictus Patiens perceperit, & ſumpſerit poſt preparationem humorum antedictum leniens, ex ipſo multo magis copioſa, atque abundans operatio reſultabit, & hoc præter evidentiam pro confirmatione, & ratificatione clarum reddit, & comprobat ratio, dum per quamlibet mitem, & levem irritationem, atque ſtimulum, quem efficiat præſcriptum leniens, humores vitioſi, & peccantes tàm in primis, quàm in ſecundis viſceribus, & canalibus permanentes,

fa-

facilè, & placidè per vaſa excretori
extrà corpus expulſantur, & propel
luntur; Et quamvis quamplurimi præ
ceptores, & indagatores aſſeverent, ac
ſententiam teneant, quod prænomi-
nata Lenientia non ſubintrent, & in-
troducantur in partes, viſcera, & in
vaſa interna, videlicèt in ſubſtantiam
muſculorum, in arterias, venas, &
in alias internas corporis partes, ſed
tantùm per ventriculum, & per in-
teſtina tranſeant, ex hoc comprehen-
di, & argui poteſt, quod eiicere, &
expellere nequeant ex remotis, & lon-
ginquis partibus humores etiam præ-
paratos, & benè diſpoſitos; In hac
re appoſita duplici modo, & ratione
repeti, & reſponderi poteſt; Prima
earum eſt quod quodlibet leniens a-
liquantum fluidius in primis viſceri-
bus

ius reddatur, in canales, & vaſa in-
erna, ſaltem pars ſubtilior, inſinua-
i, & introduci queat, & ex tali il-
ation proculdubio ſequitur quod
er propria vaſa excretoria detur im-
ulſio eorundem humorum in ipſis
artibus perſiſtentium; Alia ratio ad-
ducenda, & præponderanda habetur
quod licèt non ingrediatur, & intru-
datur prædictum leniens in canales,
& in internas corporis partes, ſed tan-
tùm per ventriculum, & per inteſti-
na tranſitum habeat, nihilominùs non
tantum eos humores peccantes benè
diſpoſitos in primis viſceribus, ſed e-
tiam illos, qui in remotioribus parti-
bus commorantur, removendi, & ex-
pellendi vim habeat; & quidquid ſu-
pra, & antea declaratum, & expreſ-
ſum venit, adducendo exemplum ma-
ni-

nifeſtabitur, atque oſtendetur; ſit itaque quam maximus populus in aliquo cubiculo incluſus, ita ut compreſſus remaneat, eſt aliquis, qui in multiplicitate Populi reperitur, impellat, & propulſet unum, ipſe alterum, alter ſucceſſivè alium, & ſic d. ſingulis, & per præſſionem unuſquiſque, qui in prædicto cubiculo inveniatur ex proprio loco, & ſitu, in quo perſiſtebat, repellitur, & ipſe alium locum, & ſitum occupat, ubi minorem compreſſionem, & obſtaculum comperiat, & cauſa productiva, & totalis ſucceſſus hujus rei, eſt primus percutiens, & propulſans; ita ſimilis paritas aſſignatur, & demonſtratur in expoſito caſu; nam ſubingreſſum in ventriculum, & in inteſtina ſolvens lenitivum, ſimul atque inchoet, & in-

incipiat producere, & parere ſuum effectum, nimirùm vellicare, & ſtimulare fibras ipſiuſmet ventriculi, atque inteſtinorum, ipſæ fibræ contrahuntur, & conſtringuntur, & ſe contrahendo, comprimunt vaſa, & partes propinquas, & contiguas, ipſæ conſecutivè alias, ità ut humores in ipſis vaſis, & partibus comprehenſi, cum coacti, & impulſi ſint, opus, & neceſſe ſit ut fluant, & impellantur per proprios ductus videlicet per venas, atque arterias, uſque adhuc perveniant ad peculiaria viſcera, in quibus ſejungi, & ſeparari debent, ibique cum habeant aliquam permanentiam, minoremque compreſſionem, ſegregantur, atque ſeparantur, & per canales diverſos, nimirùm per ſuas cloacas extra corpus eiiciuntur, & depel-

pelluntur; notandum tamen eſt quod non me alligo, & ſubjaceo ad aſſerendum ut prędicti humores etiam in propriis viſceribus, in quibus ſejunguntur, ac ſeparantur, non habeant debitam, ſuamque conſtructionem, atque præſsionem, dum per ipſam impelluntur in glandulas ſeparabiles, ex quibus ad alia vaſa excretoria traducuntur, ſed mitior preſsio efficiatur ad hoc ut perfecta ſeparatio, & diſtributio ſequatur, itaut ſi compreſſio, & conſtrictio non conſideraretur in iſtis viſceribus cum minori mora, & lento motu, ac ſit in iiſdem canalibus videlicèt in arteriis, atque venis, in quas influunt, potiùs impediretur, ac vitiaretur ſeparatio, quàm perſiceretur; & redeundo ad rem noſtram exponendum remanet, quod prænomi-

minata lenientia, cùm habeant vim purgandi, inter medicamenta purgativa quoque comprehenduntur, cum tali verò conditione, & diſtinctione, quod lenientia placidè, & jucundè agunt, atque operantur. Purgantia autem vehementiùs irritant, atque ſtimulant, de quibus infra ratiocinabimur, addendo, & memorando, ut ſuprà enarratum eſt, quod dare, & diſpenſare haud ſit conveniens, niſi cum præparantibus anterius aſſiſtatur, ac provideatur; quæque nam ea ſint, ipſe Claudinus, & quamplurimi alii Authores palam demonſtrant, atque aperiunt.

Supereſt jam deſcendere, & pervenire ad alium fontem antedictum, nimirum ad explicationem, & interpretationem purgantium medicamẽ-

torum, quæ cùm ex majori vi, & robore conſtituantur, non minori ſedulitate, & cautione promoveri, acq; diſpenſari debeant, donec non in quibuſcumque corporibus, indiſpoſitionibus, atque infirmitatibus idonea exiſtimentur, atque cognoſcantur, fas eſt ſemper, & omni tempore habere, & tenere memoria illam medendi regulam, & doctrinam, quod *citò, tutè, jucundè* inſiſtatur.

Corpora itaque languida, & imbecillia vel ex propria conſtitutione, vel ex indiſpoſitione præſenti, & transacta hujuſcemodi Medicamenta perferre, & tollerare nequeunt; & ob eam cauſam interdum accidit, quod aliqui Profeſsores parùm theorici, & minus expediti in arte, & ſcientia Medica, ſeſe inſinuent, atque extendant

dant ad contribuendā, & admittenda præmiſſa Medicamenta, ſint cauſa, ut Patiens ſenſim, atque ſenſim ad Plagæ retrum appropinquet. Eſt quis aliud, qui quantumvis in Profeſſione ſenex, & inveteratus, non vult ſe removere à prima conſtitutione in juventute ſumpta, quæque vel bona ſit, vel mala pro ægri auxilio, atque ſublevatione, nullam curam reſpicit, forſan cùm pervenerit ad quamdam ætatem ſtudium omninò prætermiſerit, inſervit tantùm famæ, quam aut per directionem, & patrocinium, vel per aliquid aliud acquiſierit; inſurgit nonnunquam illuſtris, & nobilis Fœmina, quæ in litteris, & ſcientiis ſeverſatam eſſe profitetur, dummodò ita ſit, non tantùm virtute prædita ſit, verùm etiam omnibus bonis moribus

 or-

ornatum cum conſtituit. Quiſque alius eſt Profeſſor elatus, & protectus ab aliquo audace, & negocioſo Pharmacopola, qui utpotè excellentior, ac præſtantior in Profeſſione Medica æſtimatur, atque reputatur, quamvis ab ea abſens, & remotus ſit, ubicumque ſe reperiat, ita vociferatur, & exaltat, ut ſimilis ipſi non inveniatur, & ambo intra ſe concordes, & uniformes ſunt in evacuanda pharmacopeia, & aliena erumena; queq; omnia contra conſtitutiones, bonas regulas, & doctrinas exiſtunt, pænitùs adverſa, & contraria à perfectis, & juſtis dogmatibus; ſimiliter etiam utinam non eſſet quis obſecundet non tam patientem, quàm adſtantes in præſcribendis medicamentis, quæ potiùs noxia, quàm auxiliaria computan-

tantur. Non derelinquẽdus modus, & mos alicuius, qui antecellit, & ſe extollit tali accuratione, hoc eſt in laudando in pulchritudine, & ingenuitate modò unam, modò aliam fœminam, porrigendo, & largiendo interdum aliquem faſciculum odoriferorum, & pulchriorum florum, qui in Platea reperiantur, atque vendantur; & in qualibet quamvis minima ipſarum mala affectione, præter cuſtodiam profeſsionem reſpicientem, in aſsumendo victu in os inducunt bolum, non ſecùs ac matres in diſpenſanda, & porrigenda pulticula propriis filiolis faciant. Tunc dum unaquæque earum conſtricta teneatur totis conatibus, & viribus, ubicumque ſit, & ſe collocet, & cum quibuſcumque loquatur exal-
 tat,

ſat ; & commemorat tam prudentem, & in profeſſione adeò eruditum, & exercitatum, ut pro virtute, & ſcientia in arte Medica alterum Hippocratem declaret, & pro ingenuitate, & liberalitate ita benevolum, & merentem recognoſcat, ut omnibus aliis antepońatur, cùm perdignior reſpiciatur.

Quid dicemus de aliquibus aliis cujuſcumque ſexus, qui nec Profeſſores fuit, & nihil in Profeſsione nihil applicaverint ; & ſtuduerint, lata manu, promptaque audacia Medicamenta cujuſcumque generis porrigere, & diſpenſare non verentur, & in tali numero, & computatione uſque mulierculę, præſertim obſtetrices adſcribuntur, dum earum munus aliud non eſt ; quàm juxta

latus retinere colum, & non in ſimilibus profeſsionibus ſe involvere; quodque pejùs emanat, totum hoc in deperditione, & detrimento ęgrorum reſultat, & Scientia Medica ita nobilis, laborioſa, & neceſſaria, in deriſione, & in pauca æſtimatione ponatur; utcumque autem ſit, ſuffe-rat Lector talem digreſſionem, & elapſum calamum, ſi ipſe ad rei veritatem confugerit. Revenitndo itaque, & redeundo ad purgantia Medicamenta, unuſquiſque enim Profeſſor ad tribuenda, & diſpenſanda pedetentim ſe diſponat, potiſſimùm in corporibus demiſſis, atque depreſſis viribus, ne majorem in modum propter nimiam vim, & robur eorum proſternantur; in validis verò ſi neceſsitas, & urgentia accidat, atque

contingat, non repugnarem, imò pleno conſenſu approbarem, dummodo evitentur, & effugiantur omnia ea Medicamenta arte chimica cōſtructa, eo quia tam indagatores, quàm diſpenſatores, quem effectum, & operationem efficere, & producere poſsint, ignorant; Quod ſi aliquando contingat, quod Profeſſores chimici alicui ſanitatem reddant, & reſtituant, decem, aut in deteriorem ſtatum, vel ad obitum deducent; evenit hoc cur Medicamenta chimica nimium offendunt, & ſubintrant in genus nervoſum, & partes tendinoſas, ex quibus abripi, & detrahi nequeunt, donec compoſitio, & conſtitutio eorumdem cùm conſtet ex partibus ſcabroſis, fixis, ramoſis, & ſalinis, itaut per quodlibet iteratum ab-

abſterſivum Medicamentum, vel per aliquod aliud, quamvis præpotens, avelli, & removeri per difficile reddatur, potiſsimùm ubi ſubingreditur argentum vivum, vel ſolum, vel cum aliis commixtum; videmus itaque quod qui ſe ſe exponunt ad accipiẽda hujuſmodi medicamenta, paulò poſt inſurgunt, & interveniunt convulſivi motus, pejoreſque aliorum morborum inſultus, & non intermittunt, niſi in fine vitę curſus, & pro aſſertione, & confirmatione antepoſiti, experientia oſtendit, quod qui tantùm Medicamenta talia contrectent, non per os aſſumenda, pręter motiones convulſivas, quas per totam vitam perpatiuntur, uſq; vox vitiatur, & contremiſcit, eo magis agitationes, vexationeſq; tollerabunt,

ac

hæc perferent per os ſumentes, ob idque ex cauſis deductis; atq; allatis, vetari, & alienari melius eſt, quàm in eis aſſentiri.

Aliquis verò contra aſſerta, & relata obicere, & inſiſtere poteſt, aſſerendo, quod multoties infirmitates reddantur, & conſtituantur adeò moleſtę; ac pertinaces, itaut per ullum aliud Medicamentum cedere, & ceſſare nolint; proindè ſecundùm textum, & ſententiam Hipp. *quod extremis morbis ad extrema remedia deveniendum*, & per Avicenn. *Melius ſit remedium anceps, quàm nullum*, per conſequens ſecundùm opinionem prędictorum Authorum, & Pręceptorũ tali caſu confugiendum ad efficaciora, validioraque Medicamenta, videlicet etiam ad prędicta chimica, &

hy-

hydragyrum ipſum ob evellendum, & extirpandam cauſam infeſtantem.

In repetitione, & objectione prolata duplici modo reſponderi poteſt; primò tam Hipp. quam Avicenn. intelligunt, quod ſubveniantur, & ſublev entur ægrotantes, ſi poſsibile ſit, illis cum Medicamentis, quæ niſi juvent, & ſanent, ſaltem haud noceant, & non cum illis, quæ ad deteriorem ſtatum inducant; ſecundò cùm imminent evidens periculum mortis, *melius eſt omittere*, ſic habetur quoq; per eundem Avicenn. & dicere poſſe, quod infirmus interficiet ex proprio morbo, quam Medicus interficaverit.

Poteſt denuò aliquis oppugnare, & controvertere, quod in multis Provinciis, & Regionibus hydrargirum

ip-

ipſum, & medicamenta chimica ſint ita conſueta, & familiaria, ut unuſquiſque nullam repugnantiam in aſſumendis habeat, & maximum adjumentum, & fructum reportet. Ad hoc reſpondetur, quod forſan in prędictis locis ſit diverſus aer, & varia climata, & corpora validiora, & robuſtiora, quæ magis reſiſtant; vel forſan iidem Pharmacopolæ ad meliorē præparationem, ac in noſtris Regionibus, reducant; contrario autem modo apud nos redundare, & cadere apertiſſimè conſtat; & hæc breviter quo ad effectum, & distributionem Medicamentorum præparantū, lenientium, & purgantium.

Subjungitur itaque tantùm, ut juvenes, & tyrones ad probe exercendam artem, & ſcientiam Medicam, tàm

tàm pro conſcientię diſciplina, quàm pro ſatisfactione proprii muneris, cõſtituant, & applicent totum ſtudium, & laborem in animadverſione ipſorũ morborum, qui ſingula die ſub oculis cadunt, & dum ipſi ſub aliqua obſcuritate recognoſcantur, itaut patentes nequaquam demonſtrentur, & pro curatione eorum, & pro ſublevatione ægrorum, opus, & neceſſe ſit, ut prædicti Profeſſores ad eruditorum Auctorum volumina, & paginas ſe vertant, eaſque perlegant; prętermittendo omnimodè alearum ludũ, aliaſque diſtractiones; quę ad aliud, quàm ad rapiendam de erumena pecuniam haud inſerviunt, & non ad Medicę profeſsionis, & infirmorum utilitatem.

Non eſt etiam alienum, & extra rationem; relictis tyronibus, pro aliquibus Profeſſoribus aliqua præbere monita, quę ab ipſis amplecti debent, & per Leges Humanas, & Divinas, itaut tales Profeſſores erga ipſas majores inſpectiones habeant in profitenda, & exercenda arte, & ſcientia Medica. Primò, quod curent infirmum decenti methodo, & non per alium actum, & modum, vulgò *politico*. Secundò, cùm æger ad gravem morbum ſe extendat, itaut aut ipſe, vel adſtantes promoveant, & expoſtulent conſilium, & judicium alterius Profeſſoris, & curans, & aſsiſtens ne repugnet, & prohibeat propriam voluntatem, & ſatisfactionem, ut aliquando denegata ſit. Tertiò, in electione ipſius ſit in arbitrium,

&

& conſenſum ipſius ægroti, & conſanguineorum ejuſdem, & non ad approbationem, & aſſenſum curantis, qui repudiet unum, alterum extollat, eo quia forſitan timebit, quod ille non occultet ſi quid contra Profeſsionem, & rem Medicam operetur. Alter enim, ut amicus, & familiaris, quamquam agnoſcat, ut malè agat, & ordinem, ac regulam, quam poſtulat ipſa Profeſsio, non obſecundet, nihilominus totum ab eo admittitur, & comprobatur, quodque non bene reſonat pro patientis recuperanda ſalute. Quartò, ſi ipſe prævideat ægrum eſſe interiturum, haud retineat cum ſpe futuræ ſanitatis, ad hoc, ut Sacramentis muniatur, vigente perfecta cognitione. Quintò, cùm Profeſſor recognoſcat Patientem melius ſe habe-

bere, & ab omni periculo eſſe tutum, ſe removeat ab ipſo, ob non onerandam majorem in modum pro impenſis domum ejuſdem, tantò magis cùm ipſa reperiatur in aliqua indigentia; Ego equidem verum fatendo, ut nemo ob quæſtum in ſuperfluas viſitationes incidat, nequaquam puto. Sextò, aliqui Profeſſores majorem juſtitiam, & æquitatem adhibeant erga Medicos aſsiſtentes, qui licet ſi optimè medeantur, attamen illi perquirunt modò affines, & conſanguineos infirmi, modò aſsidentes ejuſdem, exquirendo quibus medicamentis utantur, & porrigant; & quamvis idonea, & benè appoſita pro avellenda, & dimovenda cauſa, & infeſto humore, & pro recuperanda ſalute, perſpiciant, ea improbant, ac prohibent, &

can-

tanquam pernicioſa exiſtimant ; totum hoc proferunt, & evulgant non ob alium finem, quàm ob removendos, & expellendos curantes Profeſſores, ut ipſi ad curationem introducantur, quæque res tanquam deteſtabilis reiicienda, & abhorrenda eſt, cùm penitus diſcrepet ab inſtituto artis, & ſcientiæ Medicæ. Septimò, revertendo ad juvenes, & tyrones, ipſi enim in medendo aliquem infirmum, qui gravi morbo occupetur, capere, & ſumere conſilium alicujus experti, & ſenis Profeſsoris, qui pro majori obſervatione, quàm diù eſt adeptus, nullam erubeſcentiam habeant, ad hoc, ut ipſi aliquam inſtructionem, & directionem accipere queant. Neque ſit aliquis iſtorũ, qui noſtris temporibus ubi primum

E ac-

acquiſierit Lauream Doctoralem, ipſum Galenum ſe eſſe reputat; hoc accidit cur non perlegerit, & audiverit aſſertionem, explicationemque Hipp. in primo Aphor. *Quod ſi vita hominis protraheretur ad tres ætates cum ſtudii aſſiduitate, attamen ad ipſiuſmet Medicinæ cognitionem nequaquam perveniret.*

Qua de re, ne multa abſurda accidant, prædictos juvenes hortarer, anteaquam ſeſe exponant, & abſolutè, & proprio marte ad medendum, ut ipſi per aliquod ſpatium temporis ſub docti, & practici Profeſſoris directione, & diſciplina ſubeant, & non ſimul atque Lauream acceperint, ſubintrent ad curandum quelibet ægrum, qui præ manibus contingat, ut præſenti tempore obſervatur, & patet

ra-

ratio, eo quia quamvis theoricam poſsideant, practicam autem, in qua potius in obſervatione, quam in ratiocinio conſiſtit, nequaquam poſsident. Quapropter nullus eorum ſit, qui ſe ipſum ad peritiam experti Profeſſoris ſubiicere recuſet, & totam ſpem in propria ſcientia collocare nolit, aliter enim multos ægros ad necem adducere eveniet.

DE CHALYBE.

Supereſt paucis verbis dicere, & exprimere aliquid deſuper Medicamenta chalybeata, de quibus quævis in præterito precisè nulla mentio facta ſit, conducibile æſtimatur, atque cenſetur de iis Appendicem ſubjungere, & oſtendere, quod interdum

Profeſſores decipiantur, atque in errorem illabantur, opinando chalybem deobſtruere, ac aperire poſſe, non perpenſis indiſpoſitionibus, & conſtitutionibus corporum; ex quo fit, ut multoties Patientes per ipſum ad deteriorem ſtatum redigantur. Medicamentum itaque chalybeatum, licet vulgò aſſeratur habere vim recludendi, atque deoſtruendi, quam rem ad diſputationem reducere nolo, eò magis non ob oppugnandum, & contradicendum aſſertis plurimorum Auctorum, & Præceptorum auctoritatem comprobantium. Verum enim eſt, tametſi admittatur, & concedatur, quod Chalybs deobſtruat, atque aperiat, non comprehenditur, ut in omnibus corporibus uniformiter optatos effectus pariat, atq; produ-

ducat, cùm perſępè quamplurimos per eundem in hydropem, aliaſque indiſpoſitiones incidiſſe, augendo obſtructiones, atque oppilationes, pro quibus adimendis diſdenſatus, & aſsignatus venit, perſpexerim. Quapropter in adſcribendo hujuſcemodi Medicamento multa documenta, & inſpectiones habendæ, & animadvertendę ſunt. Prima earum eſt, ut corpus ſit benè repurgatum tam in primis, quàm in ſecundis viſceribus, & canalibus. Secunda, quod Patiens ſit perfecti, & validi temperamenti, ad hoc, ut viſcera habeant vim repellendi, & digerendi prædictum Chalybem, & agilis reddatur ad deambulandum, & ad ſeſe exercendum, cùm ipſemet motus ſit coadjuvans ad expulſionem ejuſdem, ne intra ea-

dem viſcera deponatur, atq; ſiſtatur. In tertia requiritur idoneum tempus, itaut aer non ſit nimis frigidus, neqş fervens extra modum pro calore, cùm per hunc omnes corporis partes per diſſipationem ſpirituum imbecilles, atque languidæ conſtituantur, pro nimio algore ob conſtipationem, & cõſtrictionem earumdem partium, exitum prædicti Medicamenti non permittentium; ſed aer temperatus requiritur, ne corpus ab ipſis viciſſitudinibus offendatur, atque vexetur. Quarta circumſpectio conſiſtit, ut Profeſſor exactè reſpiciat, atque recognoſcat viſcera in imo ventre contenta, nam ſi prędicta ex obſtructionibus ad magnam molem, & extenſionem perveniant, omnimodè Medicamentum antedictum evitandum, &

re-

removendum eſt, cùm certitudinem ex experientia habeamus, ut Patiens ad pejorem affectionem reducatur, non ex alia cauſa, quàm ex eorumdemmet viſcerum obſtructionibus, ipſum Medicamentum retardantibus; & remorantibus, cùm non ſit efficax ad eas expellendas, & removendas; & iſtud cum prædictis aggregatum, & conglutinatum potius eaſdem augeat, quàm diſſolvat, ſicque tantò magis prædicta viſcera ad majorem molem augeſcent, atque pervenient, & Patiens pro ſublevatione ad graviorem morbum promovebitur, atq; inducetur. Quinta, præ omnibus circumſpectior eſt, ut Profeſsor ad probè agendum, non tantùm habeat ante oculos prædicta monita in executione Medicamentorum chaly-

beatorum, & aliorum cujuſcumque generis, ſed etiam utatur propria ſolertia, atque obſervatione, & ſecundum eas ſe gerat, quas Auctor inſinuat, *cur, quomodo, quando, & in quibus diſpenſari debeant.*

Ego verò equidem, peracta omni reflexione, & conſideratione ob tollendas multas controverſias, videlicet, quod Chalybs interdum nocere poſſit; ad evitandum hoc, talem methodum præſtituere conſulo.

Si quis enim Profeſſor ſit coactus ad uſum ipſius pervenire, ita ut morbus expoſtulet, ne in viſceribus figatur, atque deponatur, aut ſit in ſubſtantia, vel in potu; commixtus cum aliquo leniente, ſive purgante medicamento, congruentiùs, ut præbeatur exiſtimo, & ratio eſt, quia tàm leniens,

niens, quàm purgans, ut extra corpus deferatur, inſerviunt, & tali modo ad evellendas, & ſuperandas obſtructiones conducat, vice autem verſa ſi ſolus adhibeatur, eò magis in ſubſtantia accidere poteſt.

De reliquo, quidquid proferât moderoi Profeſſores, aſſerẽdo quod Chalybs ex ſe ipſo obdulcare ſanguinem, aliosque humores poſsit, in hoc ſecundùm operatum eorum, ut infrà probabitur, toto Cælo oberraot, & à ratione alieni, & remoti ſunt; & ad comprobandum expoſitum duo quæſita anteponenda, exponendaque neceſsaria videntur. Primum, quid ſibi velit edulcare humores; ſecundum, cujus naturæ, & ex quibus partibus conſtet, & conſtituatur ipſemet Chalybs; & quoad primum, reddere, &

con-

conſtituere dulces humores, quod idem eſt ac abſorbere acida ipſorum; nihil aliud eſt, atque denotet, quàm eoſdem de ſcabris, & ramoſis ad magis rotundiores, & ad ſuum priſtinũ ſtatum reducere, videlicet ad auferenda, & abducenda acumina, & cuſpides eorumdem, itaut per canales facilius fluere, & refluere queant, eò quod ipſius circulationis obſtaculum, & productiva totalis cauſa, ſuis aculeis, & cuſpidibus ſint prædicta acida, & ſcabroſitates, quæ ſe ſe inducendo, & inſinuando in vaſa, & exiguos canales, liberum, & expeditum fluidorum curſum impediant, ex quo evenit, ut multa incommoda, & varii inſultus pro Patiente enaſcantur; Præmiſſa itaque demonſtratione, & expoſitione, per quam expreſſum eſt, quo-

quomodo fluida obdulceſcant, operæ pretium eſt aperire, & oſtendere aliud præmiſſum quæſitum, nimirum, ex quibus partibus conſtituatur, & deductus ſit prędictus Chalybs, & ex ipſamet explanatione, & dilucidatione deducetur, atque arguetur, an idem humores obdulcare queat. Chalybs enim vel conſideratur ratione ponderis, vel ratione ſtructurę partium ipſum componentium. Si animadvertatur propter gravitatem, certum eſt, quod inſinuatus, & tranſlatus in viſcera, & canales, & vaſa corporis, perdifficilis reddatur ad circulationem; ſi perpendatur pręter pondus conſtitutum ſuarum partium, ipſæ reſpiciuntur, & recognoſcuntur acuminatę, & rigidæ, quæ aggregatæ, & aliis cum humoribus admixtę; &

per

per proprium pondus, & per continentes ſcabroſitates potius impedient, & retardabunt eorumdem circulationem, quàm eam accelerare poſſint; moderata itaque, atque diminuta ipſamet circulatione, humores craſſeſcunt, & aliqui deponuntur; & cùm affigantur, & ad motum ſegniores reddantur, hoc magis acidiores, acutioreſque fiunt, atque evadunt, juxtà adagium illud, quod humores fixi, & tardi ad circulationem, majorem acrimoniam, & ſcabroſitatem adipiſcantur; & quod hoc verum ſit, perclarè, atque evidenter in illis, qui ſanguinem ſpuunt demonſtratur; Ipſi enim ante prædictum ſputum multò prius aliquem dolorem fixum in aliqua parte thoracis perſentiunt; hocque aliud indicium haud ſit, niſi

quod

quod præparentur, & congerantur in eo, & etiam in vaſis ſanguineis pulmonaribus humores, qui affixi, & conſiſtentes, & diu in iiſdem vaſis eorũdem commorati, acrimoniam, & ſalſedinem conſequantur, ideòq; ſenſim, atque ſenſim prædicta vaſa, in quibus continetur ipſemet ſanguis, exindè veſiculas cõtiguas, & adjacentes, in quas ſubingreditur ipſe aer, erodant, atque obrumpant; his itaque eroſis, diſruptis, & apertis ſputum ſanguinis obveniat. Similiter etiam pro re noſtra alia ratio aſſignatur, & confirmatur in eis, qui aliquo calculo laborant; ſi calculus itaque deponatur, atq; ſiſtatur in ureteribus, quo magis acumina, & acies contineat, eò plus difficilior ad tranſitum diſponatur, & urinæ curſum impediat, doloremq; ve-

he-

hemĕtiorem inducat; non alia de cauſa, quod prædictus calculus in eodē vaſe propter ſuas cuſpiditates trāſvertatur, ob quam rem conveniendum, & aſſeverandum eſt, quod omnia corpora mucrones, & cuſpides continentia, magis affigantur, & ad motum laborioſa precognoſcantur.

Ex iis itaq; deductis mihi ignotum eſt, ſub qua aſſertione proferant, & evulgent recentes Profeſſores, Chalybem dulces conſtituere, atque reddere humores poſſe, cùm ſit cauſa, & origo ſuis aculeis, & cuſpidibus, ut etiam alii humores impediendo ne fluant, & refluant, majorem ſalſedinem, & acrimoniam aſſequantur, & ad dulcorandum removeri, & arripi acida, & non coacervari, ut per antedictas rationes comprobatum fuerit, neceſſarium videa-

deatur ; quod ſi quis obiiciat Medicamentum hoc non ſubingreditur in remotiores corporis partes, ad quid ergo præſcribendum, cùm ſedes morbifica in ipſis reſideat? Quid dicendum de iis, qui abſolutè putant, quod Chalybs aperiat, atq; dilatet? Nihilominus ſi habeant ipſi ſub curatione infirmũ, qui alvi fluxu teneatur, ad eum reprimendum adhibeant, & utantur clyſteribus aliquo liquido, in quo extingunt ferrum accenſum, & ignitum, ex hoc inferunt Medicamentum prædictum habere vim, & facultatem producendi duos effectus contrarios, quodq; abſurdum reputatur, ut in eodẽ ſubiecto modò aperire, modò coercere poſſit.

Additur itidem, quod corpora eo magis agibilia, & penetrantia in alia corpora exiſtant, quo plus eadem

con-

conſtent ex ſubtilibus, & volatilibus partibus, ſed Chalybs potius componitur, & conſtituitur ex partibus craſſis, terreſtribus, & gravibus, quę non facilè ad diſgregationem redduntur; ex hoc comprehenditur minus dilatare, & aperire poſſe, ac alia corpora ex ſubtilibus, & volatilibus partibus conſtructa. Ex pręmiſſis itaque, & rationibus deductis, pretermiſſa experientia, quod multi convaleſcentes, atque ęgri per eumdem Chalybem in pejores indiſpoſitiones, & perſępè in hydropem inciderint, incautè à plurimis Profeſſoribus proferatur, atque evulgetur, prædictum Chalybem per ſe ipſum aperire, & deobſtruere poſſe; ob idque ad effugiendum, & evitandum incommodum, & nocumentum, quod afferre, & inducere queat,
me-

melius, & congruentius eſt, ut cum antepoſitis circumſpectionibus, ideſt cum aliquo leniente, vel purgante Medicamento, ut anterius expoſitum, & enunciatum venit, præbeatur; & breviter hoc quoad Chalibem,& Medicamenta chalybeata.

Aliquis etenim contra probationem delatam hic inſurgere, & inſiſtere poteſt, quod dolor, qui perſentitur in thorace convalidetur tantum de eadem parte, & non de pulmonibus, in quibus ob parvam nervorum copiam, quæ per eoſdemmet pulmones percurrat, non fiat prædicta ſenſatio, ideòque abſurdum iudicetur, atque aſſentiatur, quod per ipſum dolorem thoracis cenſeatur diſrumpi canales eorundem, ex quibus ſanguis proveniat, tantò magis cùm

 ha-

habeatur ex Lazaro Riverio in tractatu de hæmophyſi, quod ſanguis, qui ſpuitur, cùm afficiatur moleſtia, atq; dolore ipſemet thorax, ex eo originem habeat, & non ex ſubſtantia pulmonum, & ex apertis vaſis ipſorum.

Ex illatione allata arguendum eſt, quod non ſit neceſſe ut ſanguinis expuitio in poſito caſu ponderetur ex aliqua læſione pulmonum, ſed ex thorace tantùm ipſemet ſanguis profluat juxtà aſſertionem prædicti Auctoris.

In hoc etenim repeti, & iterari poteſt, quod quantumvis aliquis opinari non cogatur, cùm Patiens ante ſputum ſanguinis dolorem in thorace, & in pleura ipſa percipiat, ut fiat obruptio vaſorum ipſorum pulmonum, & ſanguis ex ipſis ortum ducat; nihilominùs fateri opus eſt, quod humor

pec-

peccans, & feriens ipſas partes, vel ſit ſanguis, aut diverſus humor, qui expurgari debeat, alium egreſſum, & viam habere nequeat, niſi per ſubſtantiam pulmonum, & bronchos eorumdem, cùm non ſit alia, & patens via, per quam ad fauces, & os pervenire queat; ſicuti cùm quis pleuritide laborat, apud oculatiſſimum Diamerbroech, humor infeſtans expurgari nequaquam polleat, niſi per ſubſtantiam pulmonum, & per aſperam arteriam; ſicque declarat, atque oſtendit experientia anatomica, & ſi confugiatur, ut antedictus humor per vias incognitas deveniat, quodque à peritis Profeſſoribus non admittitur; Hoc poſito ad corroborandum, quod dolor, qui perſiſtit multò prius ante ſputum ſanguinis in muſculis internis

 pe-

pectoris, & in pleura ipſa, cùm ſit productus ab humoribus corroſivis,& ſalſis, qui communicentur, ac inſinuentur in lobos, & bronchos pulmonum, non perdifficile habetur, ut abrodant, & frangant canales,& veſiculas eorum, eò magis cùm paucæ conſiſtentiæ exiſtant; addendo ampliùs, quod dum prædicti humores in antedictis partibus commorentur, cum maſſa ſanguinea, bile acida, & ſalibus plena ſit, haud alienum, & improbabile eſt, quod eodem tempore deponantur in vaſis ſanguineis pulmonaribus, eaque ſenſim, atque ſenſim perrodant, & abrumpant, exindè ſanguis ſcateat, quidquid igitur prolatum eſt haud animadvertitur ob reprobandam ſententiam prędicti Lazzari Riverii, qui perdignus om-

omni obſervantia, & doctrina eſt reſpiciendus, ſed forſitan eo tempore virtus, & experientia anatomica non tam recognita, & detecta fuerit, ſicuti hodierna die magis nota, & perclara demonſtratur.

Abſoluta etenim, & expedita paucis verbis Diſſertatione Chalybis, remanet perſcrutandus, & perquirendus uſus Pulveris Chinæ Chinæ, quæ tempore præſenti adeò conſueta, & frequens exiſtit, itaut abſque ulla inſpectione omnibus fere infirmitatibus febrilibus ab aliquibus Profeſſoribus amplè permittatur; queque itaque an conferat, aut noceat per rationes adducendas diſcuti neceſſarium cenſetur. Quamobrem Pulvis ipſiuſmet Chinę

Chinæ, ſi expertis Authoribus, qui de ipſa ſcripſerunt, credere velimus, eadem potius humores condenſat, ac ſiſtit, quàm diſſolvat, ipſaque aſſertio per aliam probationem haud conſtat, niſi per expertum actum, propter quem palàm oſtenditur; quod ſi verò interdum exſolvat, non eſt ex vi, & robore ejuſdem, ſed ex diſpoſitione humorum, qui priùs præparati, & ſolubiles redditi erant. Hac aſſeverantia poſita, me fugit, cur in febribus putridis, ac peſtilentibus prædicti Profeſſores adeò aſſidui, & proclives ad ipſam Chinam Chinam percurrant, eò magis reiteratis vicibus, & per plures continuatas dies repetant, cùm certi, & noti ſimus, quod quilibet Patiens, qui ex hujuſmodi febribus eſt exagitatus ſanari nequ-

quam

quam poſſit, niſi per expulſionem peccantis humoris, vel per ſudorem, vel per urinam, aut per alvi fluxum, quæque ejectio obtineri nequit, ſi per aliquod Medicamentum tenax, & conſtrictus prædictus humor retineatur ne diſſolvatur, & extra corpus depellatur, & ob productionem ejuſmodi effectus connumerari poteſt ipſa China impediendo ſegregationem vitioſi humoris, ne ſeparetur ab aliis, & extra viſcera detrudatur. Porrò itaque haud mihi ioſurgit difficultas, quin Pulvis ipſiuſmet Chinæ removeatur in aliquibus febribus, ut in tertiana, & quartana febre tam ſimplici, quàm duplici, cùm propria, & adepta ſit ad hujuſmodi febres intermittentes, tali verò diſcrimine, quod anteà corpus, niſi probè, aliquantum

ſaltem à pravis humoribus expurgatum fuerit, itaut prędictę febres aliquam vim amiſerint; præmiſſa autē ſemper animadverſione, ratione m temperamento Patientis habendo, videlicet ſi ipſe imbecillis, & languidæ complexionis exiſtat, habeatq; ventris inferioris viſcera obſtructionibus referta, maxima cum præcautione Profeſſor ſe ſe extendat ad præſcribendam ipſam Chinam ſępius iteratam, dum pro evellendis ipſis obſtructionibus eo magis per ipſam augentur, & viſcera ad majorem molem rediguntur, ita & taliter, quod fieri non poteſt, ut priſtinum ſtatum adipiſcantur. His præhabitis, atque præcognitis quam maxima admiratio eſt de aliquo, qui non ex Tyronum numero comprehenditur, curando ægros,

gros, qui ex prædictis morbis laborent, aſſumendam perſcribat hodie Chinam, cras Chinam, & cum eadem perſeverat, aut perſiſtente, vel ceſſante febre per unius menſis ſpatium, & nonnunquam per plures dies protrahitur; & ſepiſſimè contingit, ut ipſa China infarciat, & obſtruat viſcera, vaſaque occludat, exindè hydrops, aliæque inſanabiles ægritudines oriantur. Ego verò equidem, ſi opus ſit, ut ipſa China tribui, & repeti debeat, perſiſtente febre, ipſos tyrones cohortor, ne obſtructiones, aliaque incommoda inducantur, ut aliquo cum leniente, vel purgante medicamento commiſceant, ad hoc ut leniens, & purgans pro vehiculo inſerviant, ne ipſa China intra viſcera detineatur.

Po-

Poteſt itaque aliquis opponere, addendo, quod primò melius ſit auferre, & ſiſtere febrem, ea remota, ad purgationem corporis pervenire.

Ad allatam objectionem maxima cum brevitate reſpondetur, itaut ſi loquamur de febribus acutis, atque peſtilentibus per uſum ipſiuſmet Chinę nunquam adimentur, imò eò magis exacerbantur, quia humor malignus intra viſcera, & canales per eandem Chinam occluſus, & conſtrictus perſiſtit, itaut extra viſcera exire nequeat, ſicque morbus pro diminutione eo plus augeſcet, & majorem vigorem acquiret. Qua de re ſi ponderemus ipſam Chinam in febribus intermittentibus, in quibus cùm peculiaris ſit, ut plurimùm adhiberi ſolet, nulla repugnantia inſurgit ad eam con-

confugere, præmiſſis verò ſemper antedictis ponderationibus, ideſt quod corpus prius nonnihil à fæcibus abſterſum, & ab obſtructionibus exoneratum exiſtat. Inſuper additur, cùm infirmus ter, aut quater dictam Chinam deſumpſerit, Profeſſor cogitatò procedat, eò quia familiaris ipſa conſtituitur, & febris non amplius removetur, & infarctiores viſcerum tantò magis cumulantur, queque poſteà ipſum ægrum ad pejorem ſtatũ perducunt; obidque in ejuſmodi eventu melius eſt, ut Profeſſor ipſam Chinam derelinquat, & ad aliud efficacius Medicamentum ſe vertat, & ipſum morbum cum lenitate rationi annexa, & non cum pertinacia ſuperare nolit, ne eveniat ut pro adjumento major vexatio, & detrimentũ ipſius ægri conſequatur. Et

Et revera ego ipſe aſſerere poſſum, multos ægros, qui perſępè uſum Chinæ perſeveraverint; propriis oculis aſpexiſſe in deteriorem ſtatum incidere, cùm ipſa expeditum, & liberum tranſitum per vaſa, & canales non habuerit, & in imi ventris viſceribus affixa, fuerit cauſa ne eadem ſeparationes, & diſtributiones humorum peragere potuerint; Deinc prædicta viſcera ad magnam extenſionem, & craſſitudinem redacta, exortæ fuerint ægritudines, quæ incurabiles conſtitutæ per aliquod temporis intervallum mortem induxerint. Quapropter remigrando iterum ad ipſos tyrones, pręmoneo, ut ipſi, quoad ejus fieri poteſt, percogitent, & præponderent in aſſignanda, & præbenda Pulvere ipſiuſmet Chinæ Chinæ;

ab-

abhorrendo penitus, penituſq; iſtorum Profeſſorum methodum, ne abſurda prędicta oboriantur, & pro laude, prętermiſſo ipſius Patientis detrimento, quod non parum eſt exiſtimandum, ignominiam nanciſcantur.

FINIS.

	Errata	*Corrige*
P. 28. v. 17.	hac	hoc
P. 40. v. 10.	corporis	temporis
P. 50. v. 19.	expediti	experti
P. 54. v. 12.	*deleatur ult.*	nihil

de effectibus et usu desiccantium — a 7

de sanguinis missione — a 15.

de medicamentis praeparantibus, le-
nientibus atque purgantibus — a 35

de calibe — a 65

de usu pulveris chinae — a 105.

41 G 37046